

Lebensabriffe einiger Schönthal'er Mekte und Conventualen.

287

umt der Wasserbau in der Mühle pro 83 fl. praeter rotas. Dum 3. Martii, dux Winmariensis caeso ad Rheinfeldiam caesaris exercitu et captis 4 generalibus ac officariis Wirtenbergiam invaderet, abbas cum conventu secessit in Mergenthal* per 8 dies.

1639. 21. Septembris hostes Suecici sub duce Konigsmareck irruperunt Franconiam usque Herbipolim et exustis quibusdam locis, extorta centum millium imperialium ratione redierunt ad partes Rhonae**. Sub hoc impetu dominus abbas cum parte conventus se transtulit Heilbronn per 8 dies.

1640. prima dominica Adventus coepit matutina: „laus“ celebrari ad horam 12 noctis usque ad finem anni 1642. In ecclesia nostra erecta tabula altaris beatissimae virginis Mariae in sacello fundatoris; constitit 102 fl. Eodem anno mense Junio erectum altare lapideum sanctorum apostolorum Petri et Pauli, constitit ad 56 [fl.] circiter. — Mense Augusto dejectus est ambitus pensilis supra majorem janua[m] templi juxta hursam et altare in ipso ambitu destructum, in sepulchro lapidis inventa sunt ossa ovini cadaveris loco sacrosanctarum reliquiarum ab haereticis posita. Ex ligneis asscribis et imaginibus huius ambitus posita fuit clausura retro chorum templum laicorum, seu navim ecclesiae a choro sejungens juxta columnam epitaphii fundatoris. Insuper nova janua major et lapis cum inscripta monasterii fundatione desuper positus in templi ingressu. Fornices etiam multo tempore oclusi ad sacellam beatissimae virginis aperti sunt, iterum autem muro clausi fuere anno 1685***. — Hoc anno [1640] ex mandato et commissione rev. domini vicarii generalis in Salem abbas Schonthalensis visitavit monasterium Ebracense die 14 Novembris et 19 dito Lanckheimium † comite venerabili patre Has priore.

1641. erectum fuit altare sancti patroni nostri Bernhardi ex alabastro, et lapis sive mensa a pariete, ob humilitatem amota, postea per abbatem ex privilegio pontificio consecrata. Eodem anno [1641††] chorus psallentium re-

* Ist Mergenthal im Saaz-Kreise; diese Namensform ist die Uebersetzung von Mariae Vallis.

** Das Rhön-Gebirge im Norden des bairischen Kreises Unterfranken.

*** Dieser Zusatz ist nach Lebenstret's Tod (1669) nicht von Joseph Müller von Geroldschofen selbst, sondern wahrscheinlich von Abt Knittel gemacht.

† Cistercienser-Kloster Ebrach im Landgericht Burgbrach und Langheim, Landg. Richtenfels, in Ober-Franken.

†† In diesem Jahre visitirte P. W. Stillenon von Salem, der Geschichtschreiber, Schönthal. S. die Zusätze.

paratus et picturis sanctorum et beatorum ordinis, pro temporis adhuc afflictis circumstantiis ornatus. Comparata etiam aliqua sacra paramenta, in locum ablatae per bella et comites de Hohenlohe eorumque ministros sacrae supplicetilis. Hoc anno graves lites motae fuerunt a domino satrapa Crautheimensi Philippo Ludolpho Hund a Saulheim et cellario Georgio Grebner, propter subditos monasterii nostri, qui ab aliquo tempore collectas suas electori Moguntino solvi solitas numeraverant ad manus cellarii in Crautheim, propter nimiam inaequalitatem in collectando et in oneribus publicis inter immediatos satrapiae subditos et nostros Schönthalensis dividendis, dum multi ex nostris solo cederent et egestate perirent, ad instantiam domini abbatis Moguntiam ideo in Julio profecti, decretum ab eminentissimo principe electore Anselmo Casimiro Wambold* fuit, ut pro majori aequalitate et subditorum conservatione abbas deinceps suos subditos collectaret, summam ex camera perscribendam ex aequo divideret, onera vero bellica inter satrapiam et monasterii subditos pro rata aequitatis dispertirentur. Ita factum usque ad annum 1654.

Hoc anno [1641] die 27 Augusti monasterium Schönthal invisere dignatus est archiepiscopus Moguntinus princeps elector Anselmus Casimirus cum majori parte aulae, solenniter ante portam cum cruce, traditione clavium ut protector et cantico: „te deum etc.“ exceptus, sacrum solenne audivit episcopaliter. In prandio adfuerunt 3. comites de Hohenlohe et comes de Wertheim alique plurimi nobiles. Post prandium hora sexta finitum, in quo urnae fere 14. vini Heilbronnensis consumptae, rediit in Crautheim, abbate et comitibus eousque deducentibus. Donavit insignem scyphum argenteum cum insigniis et hospitii sumptus exsolvit.

1642. primum aperto Marte Germaniam hostiliter invasit rex Galliae per suum ducem de Longeville cum 4. ab ipso designatis, Öheim, Nassau, Dubadel et Rosa.

Octobris diebus 3. 4. 5. et 6. celebratum est in hac Speciosa Valle capitulum congregationis** ab abbatibus 11. et legatis 2, nullo generali tunc existente Cistercii sed [cardinali de Richelieu locum per novos fratres abstinentes occupante***. In fine indicta visi-

* Erzbischof von Mainz 1629—1647.

** Ueber die Beziehungen des Klosters Schönthal zu der Provinz Ober-Deutschland des Cistercienser-Ordens enthält das Tagebuch des P. Magus Herbst von Salem von 1639—49, Hf. Nr. 703^b auf dem hiesigen Archive, mehrere Notizen, welche unten in den Zusätzen zusammengestellt sind.

*** Diese Besetzung des Klosters Citeaux durch Richelieu hing